matura puerili institutione omnia acute vidit,
ut in Academiam mitteretur. Cumque [illegible]
enim eleganti ingenio praeditus est puer, cuius amici-
tia et familiaritate [illegible] [illegible], quae [illegible]
commoratur. [illegible] fuit [illegible]
quum ablegaretur, ubi esse suos filios, et quosdam ali-
os nobiles, bene constitutam illic esse scholam, opti-
mis studiis et honesta disciplina. Creditum
est istud. Postquam periculum fecit, queritur per e-
pistolam malefactum, quod a bonis praeceptoribus literae
dediscit. Alitur quidem illic gratis: sed verecun-
(?) aulae fastu, deliciisque contemnitur. Habet autem
quod impendat, et promissum est, destinavit eum studio
iuris, quaerit doctorem eiusdem professionis, apud quem
liberaliter habeatur. Nunc abs te petimus, ut si quem
istic talem nactus fueris, rescribas quantum petat
Doctor, et quid praeterea ad sumptum requiratur.
Prudenter tamen, nam metuo ne haec comes calli-
da matri persuadeat, ab aula distrahendum non esse,
ut nos operam conferamus frustra. Scribe obsecro,
quid de peste referendum, et quanti istic vivat. Vale
Bremae 15 Februarii 1575. Te amamus ex animo et
tuos salutat coniunx mea.

Johannes Molanus.

231]

M. Ludolpho Pastorio in agro Bedingensi(?).

Pax Christi.

Erudite vir, expectavi hactenus ut misso adire literis [= Mscr. a. 7 = Nr. 245]
me adscribendum properares: hinc enim ipse iter dis-
tentis meis pueris, ut adscribere [illegible]
temere [illegible] comparem [illegible]. Pueri vestri Pla-
te et Brummer omni studio hoc agunt, ut quam o-
ptimi et doctissimi praeclare evadere queant. Ver-
santur quidem adhuc in vestibulo, bonam tamen re-
de spem ambo ostendunt, neque dubito quin ipse,
ubi ad nos veneris, admiraturus sis eorum tam
felices successus. Equidem Deum laudo quia esse
intrandos nostros facit benedictione. Melchiorem
Plate [illegible] parentem [illegible]

suo studio retardavit: sed ab illo jam providentiae Dei
beneficio liberatus (multos enim hoc malo sustu-
lit e medio) recuperavit diligentiam, quod morbo
detractum fuit. Aliquanto ante dies decem, cum exeme-
re hujus civitatis, mater familias pueris nostris
aliosque panes calidos exhibuisset, ille dum forte a-
vidius expletur, febriculam quandam sibi contra-
xit, quae tertio quoque die recurrens, non medio-
criter obstat discenti. Sed spero me effecturum
sollicitudine, et dieta et precibus, ut per gratiam Dei
relevetur propediem, sublatoque omni impedimen-
to, cum suo aequali Beumnero alacriter uno
jugo ad eruditionem contendat. Ambo sunt quae-
ri tractabiles, quieti et obsequentes: nos neque
in iis, quae ad corporis curam pertinent, neque in
ingeniorum cura fideli instructione, quidquam
sis patiemur deesse. Parentes utriusque (quaeso
ut nostro nomine diligenter salutes, ut ipsi
quoque suis precibus laborem nostrum adjuvent. Amat Deus
illam mutuam pietatem, et quos sponte benignitate datu-
rus est progressus, eos vult nostris et parentum votis et
precationibus efflagitari. Domine mi, quam graviter
turbatum est nuper in schola Witebergensi? quanta
calamitas florentissimae Academiae splendidissimam
celebritatem dissipavit? O tempora; Omnes nostri
tyrones, qui his annis proximis illuc profecti fue-
rant ad uberiorem ingenii culturam capiendam, pertur-
batis rationibus et studiis, cum dolore reversi sunt,
[illegible] in opere relinquentes. O rem indignam! Cla-
rissimos Doctores tanta Ecclesiae lumina, Crucigerum,
Mullerum, aliosque complures, quorum tibi et nomi-
na notiora sunt, et eruditio pietasque melius perspecti-
sit, repente exutos suis sedibus? sic ruere? sic profli-
gari? Vidit multo ante praeclarae memoriae vir
Philippus Melanchthon hanc saevam tempestatem
illi Academiae impendentem, et timuit semper haec
gravissima pericula et vastitatem quandam barbariem
Ecclesiis Scholisque Saxonicis venturam, nemo sic

prudens, et prudenter pieque verissime justissimeque denun-
ciavit. Vale. Nam nihil prosunt querimoniae, ubi fa-
talis necessitas incumbit. Bremae 26. Febr: 1575.
ante 5. mane. Mea conjux te tuosque cum puerorum
parentibus salutat. Juvenum custos
Johannes Molanus.

M. Gerardo Mercatori socero. Duisburgi. 232/
[= Mannor. a. 17, Nr. 246]

Pax Christi.

Tuum carmen accepi, et [illegible] Socer venerande, et legi
saepius et miror in ista scribendi carminis insolentia,
tam exquisitos numeros tibi suppetere potuisse. Nisi est
illud quod vulgo fertur: dolorem facere homines diser-
tos: perelegans tibi venit est, et pedum rationem, etiam
porro diligenter observasti. Ego id unum defleo, quod vis
te studiis incumbentem, quae posteritati prosunt, tam im-
portuni hominis odium absterreat et ab alacritate dis-
turbet. Quam vellem hac fortitudine animi praeditus
esses, ut res tam utiles molienti nunquam Flavius ille
Dorpius in mentem veniret. Abeat in Hollandiam: dum
iste abest longissime. Non soli potentes hoc homi-
num genere delectantur, qui scurrilitate, et calumniis
instruendis gratiam aucupantur. ὁ βίος [illegible] τοῖς πο-
νηροῖς ἥδεται ait Menander. Semper ita fuit mundi
ingenium ut imposturis gaudeat, et assentatione, obtre-
ctatione, novorumque scelerum inventione capiatur, vel
spectatissimus ille Underhagius qui magnas turbas Ecclesiae de-
dit quam carus est multis in Hollandia! quanto illic in
pretio habetur! diligat ergo mundus quod suum est: nos
timeamus Deum et Dominum nostrum Jesum Christum
quem qui non diligit, sit anathema. Jacobus [illegible] cujus nupe-
ri mihi literae redditae sunt, scribit esse jam Dorpium in
Hollandiam vocatum: ab Heidelberga pio Senatu reje-
ctum. Quisquis ille iverit, habebit Flavius, qui secum
sit, velitque superiorem [illegible]. Tuas meditatio-
nes in epistola Pauli nondum ita exacte excussi, ut quid